

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Haman

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**



A. Proh Deum atq; hominum fidem. o cœlum o terra, arde. tanta inuentum esse quenquam audacia

HAM. Existi ira inflammatus. Quantum ego illum uideo, res mihi ad restim rediit. Sed tamen tentabo animum regine, si forte misereat mei. quod si hac non succedat, actum est. licet perij. Regina, iam non deprecor culpam merui, fateor. hec potest ullum supplicium maius esse meo crimine. Sed te supplex, genua amplectens, per istam clementiam. A. Quem neq; pudor, neq; mea maiestas deterruit. Sed quid uideo? Atat, etiam ad lectum regine? O magne Iupiter, etiam ne ut reginam domi apud me ui comprimam? Corripite, uelate uultum: magnus est qui lucem tueatur.

HARB. At etiam si scias quid machinatus sit in Mardochæum, hominem de te, rex, optime meritum, utpote per quem facta in eo conu-ratio patefacta sit. Crucem ante domum suam in altitudinem cubitorum quinquaginta erigendam curauit, in quam eum tolleret. A. Percommodè cadit, autorem in eam tollite, ut cadem, qua alios captat, uia capiatur.

## SENTENTIA.

Muliebrum illecebrarum magna uis est in utramq; partem: hoc est, uel ad nocendum, uel ad iuandum. Malum consilium consultori pessimum. Impij suo ipsorum laqueo iugulantur.

ARTAXERXES. Nehem. i.

O A R G V E